

Et ut scias discretionem non eē de syllaba. alibi quoque  
ait. Et tunc quidem fuistis. sed abluti estis. sed scifi  
cati estis in nomine ihu xpi. & in spu dī nrī. Quam  
multa possum hinc exempla proferre. Scriptū  
est enim. Omnes uos unum estis in xpo ihu. Et  
alibi. scificatis in xpo ihu. <sup>et iterum.</sup> Ut nos eēmus iustitiam ad  
in xpo. Et alio loco. Ut excidant a castitate  
quae est in xpo ihu. Uerum quid ago. Dum enī  
similiter dico scriptum eē de filio. quem admodum  
de spu scriptum ē. magis illud incurro. ut non quia  
de filio scriptum ē. religiose dictum uideatur eē  
de spu. Sed quia idem de spu scriptum ē. & iam filio  
propter spm obiciant derogatum. Dicunt enī.  
Numquid de dō patre scriptum ē. Sed accipiant & iam  
de dō praedictum. In dō laudabo sermonem. in dō  
laudabo uerbum. Et alibi. In dō faciemus uirtutem.  
& in te commemoratiō mea semp. & in tuo nomine  
exultabimus. Et iterum alibi. Ut manifestentur  
opera eius. quia in dō sunt facta. Et paulus. In dō  
qui omnia creauit. Et iterum. Paulus & siluanus  
& timotheus. ecclesiae tessalonicensium. in dō pa